exequi difficile. Repugnabunt, protestabuntur Uniti, opponent pectora, ac Sanguinem; sumabis tandem vos Catholici arma contra vos Catholicos? Vos Catholici fidem Catholicam Stvictis eradicatis gladijs!

Sed abunda hoc supplici Ill.mi DD. VV. exposito in voce libello, ultimam pando declarationem, nimirum Unitos sine consensu Sedis Ap.licæ speciali, potissimum nunc, dum vacat Sedes, non posse comparere, ex divisionem, aut restitutionem bonorum vel in toto, vel in parte concedere, protestarique Unitos sic nullitate omnium quæcumque in præjudicium Ecclesiarum Unitarum decernentur. Quin potius suadent Uniti Ill.mi DD. VV. quatenus Ser.mus cum Rep.a expedito assensu SS.mi Dni nostri futuri conventus Spirituales omnes ab utrinque Unitos, et disunitos in Meditullio Lithuaniæ, ac Poloniæ Civitate Bresta, ibique presidente Ill.mo D. Nuntio componat tum quoad rationes fidei, tum quoad rationes temporales, modo vero in puncto Religionis Judicium suspendat.

L. Extractum ex Instructione pro Unitis.

Se ne fa men- tione nella sopr.a d.a l.ra fol. 202.

Ratione Unitorum cum Ecclia Rom.a et bonorum ad ipsos spectantiu respondebunt DD. Commissarij S. R. M.tis hoc sibi reservare, et differentias inter Religiones Græco unitam, et disunitam homines ipsa